

EPITOME PRA
3271 CEP E ORUM
R H E T O
R I C A Æ,

in usum

Classicorum inferi-
orum, ex institutionibus
Rheticis collecta

BCU Cluj / Central University Library Cluj

ONRADO DŽETE
CO, Philosophiae Moralis Profess
or, et Pedagogicus.

ERDEI MUSEUM
RÖNTVÉRÁ

CASSOVIAE.
prius MARCI SE
clo IUG L



Why do you suppose
that a man who has
so few children, has not
got more than one son.

Are there any other
children? - No, I am the
only child; And
I have got two sons
of my own.

There are
BCU Cluj / Central University Library Cluj

Two sons, but he
is the eldest.

And now tell me also
about your wife.

Tell me about your
wife, and what is her
name?

Tell me about your
wife, and what is her
name?

4. A P O S T R O P H E

est, cum oratio ad aliam, quam instituta oratio requirit, personam, vel quasi personam, convertitur. Latinè dicitur Aversio.

Modi ejus sunt tres. Velenim 1. ab hominibus ad Deum fit aversio, ut. Psal. 109. 21. *Hoc opus eorum, qui detrabunt mihi apud Dominum.* 22. Tu autem leborab Dominum fac mecum propter nomen tuum quia fravum misericordia tha.

Vel 2. ad humanam personam fit orationis conversio, ut: Psal. 2. 9. *Reges eos in ruga ferrea & tanquam vas fragili confringent eos.* 10. *Et nunc reges intelligite, eruditimini, qui iudicatis terram.*

Vel 3. ad rem mutam & inanimatam, quasi ad personam orationis fit conversio, ut: Matth. 11. 13. *Et tu Capernaum, quae in celum usque exaltata es, usque in infernum destruderis.*

5. PROSOPOPOEJA

est, quā alienam personam veluti oratione nostrā loquentem fingimus. Latinè dicitur personæ fictio.

Est quæ vel imperfecta vel perfecta.

Imperfecta est, cum sermo alienæ personæ leviter & obliquè representatur, ut, *Hiro* (quoniam liberè loqui non licet) tacitè rogant, ut se quoquia sicuti ceterarum provinciarum socios dignos existimets, quorum salutem tali viro commendatm. Cic. pro L. Ma.

Perfecta est, cum tota fictio personæ oratione nostrâ directè representatur. Sic *Sapient.* 5 ¶ 1. & seq. tremores & angustia damnatorum elegantii prosopopœia describuntur.

1. Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui ipsos angustia verunt.

2. Videntes autem (damnati) turbabuntur timore horribili gementes pra^{et} angustia spiritus.

3. Dicentes intra se: Hi sunt quos babuum aliquando in derisum & in similitudinem approbrii.

4. Nos insensati affimabamus vitam illorum insaniam, & finem illorum sine honore.

5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei & inter sanctos fors illorum est.

6. Ergo erravimus à via veritatis & iustitiae

stirpe lumen non illuxit nobis & sol intelligentia non ortus est nobis, &c.

14. *Talia dixerunt in inferno qui peccaverunt.*

Prosopopœja tribuuntur etiam rebus multis & inanimatis. Sic Rom. 9. 20. *Pauslus attribuit figmento figuli: num dicer figmentum figulo: cur me finxisti ad hunc modum?* Plal. 95. II. dicitur: *Ut misericordia & veritas obvient sibi iustitia & pax osculen-tur se.*

Prospopœia subjicitur μίμησις Διαλογισμῶς sive sermocinatio.

Mimēsis, est, quā alterius verba aut gestus imitatur, ut: Esaiae 56. 12. *Venite sumus mamus vinum & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multi amplius.*

Διαλογισμῶς sive sermocinatio est, cum personam absentem introducimus loquētem tanquam presentem: ut: D. Lutherus *Spiritum introducit sic eum joanne Baptista captivo loquentem: Mi joannes ne per turbet te indigna ista fortuna: Breve enim mundi gaudium, mox excipiet aeternus cru-*

ciatus. Contra, ita afflictio in sempiternam
vertetur lætitiam.

6. ADDUBITATIO

est deliberatio nobiscum, cum dubitare
& nescire nos aliquid significamus.
Gratè dicitur Ἀπόλλωνος: ut: Elequar, an si
team? Virgil. Quo me vertam nescio? Cicero
pro Cluent.

Psal. 139. 7: Quò ibo à Spiritu tuo? & qui
à facie tua fugiam? 8. Si ascendo in celum,
tu illic es; si in infernum lectorum stravero, aderis.
9. Si sumsero pennas meas dimiclo, & habita-
verim extremis maris. 10. Illic etiam manus
tua ducet me, & apprehendet me dextra tua &c.

7. COMMUNICATIO

est, deliberatio cum aliis (auditore, ad-
versario, vel iudice.) Gratè dicitur Ἀράκο-
στος: ut: Actor. 4. 9. Vos ipsi iudicate
an justum sit in conspectu Dei vos potius audi-
re quam Dextram.

8. OCCUPATIO

est cum tacitam animo conceptam cogita-
tionem, quæ nobis ab aliis (adversario,
auditore vel lectori) objici poterat, antici-
pamus,

pamus, diluimus. Græcè dicitur ἡράκλιτος sive ἡρόδητος.

Partes ejus duæ. 1. objectio sive occupatio in specie sic dicta. 2. Subjectio.

Objectio sive occupatio propriè sic dicta est, cum quid ab alio dici vel objici possit, tantum proferimus.

Subjectio est, cum ipsis objectioni respondemus.

Occupationi subjectitur Interrogatio: Subjectioni Dialogismus sive Ratiocinatio.

Interrogatio est, cum querimus aut sciscitamur sine response nostro, ut: quis novus hic nostrar̄ successit sedibus bsp. Aenid. 4.

Dialogismus sive Ratiocinatio est, cum ipsis à nobis crebro rationem poscimus, quare quidque dicitur, ut: Ecquā mente, quā invaseras. Quā manū? quā disturbiras. Quā unca? quā incendi iussiras? quā tere? quam ne illa quidem in punitate tua scripseras. Cicer. de Harusp. respons.

9. PERMISSIO

M 3

Vix. A. m. est.
F. p. n. d. h.

APPENDIX

DE FIGVRIS
AMPLIFICATI.

ONVM.

1. Figuræ Amplificationum sunt, quæ orationem tam verbis quam rebus locupletiorem reddunt.
2. Suntque pro ratione materiæ subiectæ, ē quæ sumuntur, varizæ: aliæ namq; sumuntur, ex causis: aliæ 2. ex adjunctis circumstantiis; aliæ 3. ex differentiis & pugnantibus; aliæ 4. ex comparatis, similibus & cognatis; aliæ 5. ex divisione; aliæ 6. ex genere; aliæ 7. ex definitione & descriptione.

Figuræ Amplificationum, quæ o-

B⁴
Vulgaris *ripi-*
Amplificatiōnē

est, cum facti cuiuspiam licentia condonatur, ut: *In quo ego, quid enim aut quid efficere possum, male in aliorum spe relinquere, quam in oratione mea pontr.*

10. C O N C E S S I O

est, cum dictum aliquod aut argumentum condonatur. *Græcè dicitur παραινέσθωσις.*

Notæ ejus præcipuæ sunt: *Eſt, ſat, fit, fane, ſic ita, & ſimiles ut: Itatiā petiit, fatis authoribus, eſto. Sit sacrilegus, ſit fur, ſit flagitorum omnium Prin- ceps: ad eſt bonus Im- perator.*



R

A. P.

riuntur ex Causis sunt. 1. *Aetiologya*, 2. *Translatio sive μετάστασις*.

1. AETIOLOGIA

est, cum causam rei recitamus: ut: *Ex hac vita ita discedo: tanquam ex hospitio; non tanquam domo.* *Commodandi enim nobis natura diversorum, non habitandi dedit.* Cicero de Senectute.

2. TRANSLATIO

est, cum causa aliquius rei consertur in locum digniorem, aut magis profuturum dicendi, ut: *Quamobrem illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis, sed praesidium: neque fatum, ut quiete, sed etiam ut magno animo sumus, horrantur: neque auxilium modo defensione mea, verum etiam silentium pollicentur.* Cic. pro Milone.

3. Figuræ Amplificationum ex Adjunctis Circumstantiis sunt octo:

1. Topographia.
2. Chronographia.
3. Prosopographia.
4. Hypotyposis,
5. Pathopœja.

6. Ra-

P

R

6. Ratiocinatio.

7. Digressio, παρέκθεσις.

8. Transitio, Μετάβολις.

9. TOPOGRAPHIA

est. loci descriptio, ut: Urbem Syracusias maximam esse Graecarum urbium, sapè audi-
sus. Et ita Judices, &c. Cic. Verr. 6.

10. CHRONOGRAPHIA

est temporis descriptio, ut, Aeneid. 4.
Nox erat, & placidum carpebant fessa sop-
rem: Corpora per terras, &c.

11. PROSOPOGRAPHIA

est, descrip^{BCU Cluj / Central University Library Cluj}tio personæ vel veræ vel fictæ:
Sic in S. Scriptura describitur ut persona
Jobis, Tobiae, Ester. &c.

12. HYPOTYPOSIS

est. cum res ita oculis subjicitur, ut non
narrari sed geri videatur: ut Psal. 7. 12. &
seq. Deus iustus iudex, & Deus qui mina-
tur per singulos dies, si non conversus fue-
rit impius, gladium suum acuit, arcum su-
um intendit, & direxit illum, & sibi para-
vit tela mortis, sagittas mortis, &c.

13. PATHOPOEIA

est vehementiorum affectuum expressio
ut: *Nunquid obliviscetur mulier infans
fui, ita ut non misereatur filii uteri sui
etiam si istae obliviscentur, ego tamen non ob-
liviscar tui.* Ecce in manibus meis descri-
psi te. *Esa. 49. 15.*

6. RATIOCINATIO

est, cum ex affectu aut signo aliquo majori
quiddam colligitur: ut: *Majores nostri
se quam unius peccati mulierem damnab-
ant, simplici iudicio multorum maleficio-
rum convictam putabant. Cyruta?* quoniam
quam impudicam putabant. *Cic. pro A-
cluent.*

7. DIGRESSIO *παρένθεσις*

est, cum aliena rei trattationem, utilita-
tem cause concordantis, extra ordinem
excurrimus, ut: *Praeserium (non est repudi-
andus) cum olim studium atque ingenium conser-
verit Archias ad pop. Romanis gloriam laudemque
celebrandum.* *Cic. pro Arch.*

8. TRANSITIO. *μεταβολή*

est, cum breviter monemus quid dictum
sit, & quid dicendum restet: ut, *Habes de-*

Vatinio, cognosce de Crasso, Cic. Habetis Imperatorum summorum & sapientissimorum hominum, clarissimorum virorum interpretationem iuris ac saeculum: dabo etiam iudicium, qui huic quæstiōni præfuerunt.

5. Figuræ Amplificationum ex Difficilebus Contrariis sunt septem:

- | | |
|------------------|------------------|
| 1. Contentio. | 5. Rejectione. |
| 2. Commutatio. | 6. Paradiastole. |
| 3. Inversio. | 7. Antypophora. |
| 4. Communicatio. | |

1. **CONTENTIO** Αντίθεση est, cum per contraria amplificamus aliquid: ut: Regnum & Principatum arcana celare honestum est: Dei vero opera proferre præclarum est. Tob. 12. 11.

2. **COMMUTATIO**. Αντιμεταβολὴ est, cum contraria inter se permutantur & transponuntur: ut: Non vivas ut edas, sed edas ut vivere possis. Item, Sabbathum propter hominem facilius est: non homo propter Sabbathum. Marc. 2.

3. **INVERSIO**. Αντίτροπη est, cum ostendimus pro nobis facere argu-

mentum, quod contra nos detorquetur.
Sic Christus Matth. 15. 26, 27. cum dixisset
ad mulierem Syrophaenissam: Non est hone-
stum summere panem filiorum & obsecere ea-
tellis: Illa invertit: Imo, etiam canes come-
dunt de micio carentibus amens dominorum
fuorum.

4. COMMUNICATIO Συνοικείωσις
est, cum idem contrariis tribuitur: ut:
Avarotam deest quod habet, quam non ha-
bet, Hieronymus. Qui non defendit, nec
obficit injuria, si potest: tam est in virtute,
quam si parentes aut etiam amicos aut patriam
deserat. Cicero i. officior.

5. REJECTIO Ἀποδιώξις
est, cum aliquid rejicimus tanquam indi-
gnum & intempestivum: ut: Sed de Cu-
culo alio dicam loco, & ita dicam, ut neque
vera laus ei de trahit oratione mea, neque sal-
fa afflita esse videatur. Cic pro L. Man.

6. PARADIASTOLE
est, cum aliquid ita conceditur, ut vici-
num quoddam de trahi possit: ut: Veri-
tas premi potest, opprimi non potest.

7. AN-

7. ANTHYPOPHORA

est, cum objectio refutatur per contrarie sententiae oppositionem, ut: sperare adolescens, se dixi viciurum; quod sperare item senex non potest. At insipienter sperat. Quid enim sicutius quam incerta pro certis habere, falsa pro veris. Senex nec quod sperat habet. At est eo meliore conditione quam adolescens, cum id quod ille sperat, hic consequitur est.

7: Figuræ amplificationum ex Comparatis Similibus sunt duæ. 1. Comparatio. 2. Sermocinatio.

1. COMPARATIO

est, contrariorum & differentium collatio, ut: Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui, Israel autem non cognovit. Esaï. 1. 3.

2. SERMOCINATIO

est, cum orator ipse secum disputat, & quasi duorum colloquentium personam sustinet: ut: Exbaredare filium voluit Quam ob causam? nescio. Exbareditaritne Non. Quis prohibuit? cogitabat. Cogitabat? cum

dixit s^r Neminī. Cicer. pro Rosc.

7. Figuræ amplificationum ex Divisione
sunt tres: 1. Distributio. 2. Congeries
3. Incrementum.

1. DISTRIBUTIO. Μετρισμός
est, cum totum aliquod dividendo per
partes latius explicatur, ut: Tota Ressubl.
periculatur: principis autoritas labefactan-
tur: optimatum consilia repudiantur, plebs
non patitur, se iure an legibus rei.

2. CONGERIES Συναρπίζως
est, cum plures species coacervantur ut:
plene sunt (gentes) injuria, scortatione, im-
probitate, avaritia, malitia, &c. Rom. 1.

3. INCREMENTUM. Αγάθαισις
est, cum per gradus ab infirmis ad summa-
imus, ut: Facinus est vincere vicem Roma-
num, scelus verbare, propè parricidium
necare: quid dicam in crucem attolere Cic.
in Verr.

7. Figuræ amplificationum ex genere
sunt tres: 1. Assumptio, 2. Sententia.
3. Nœma.

4. ASSUMPTIO ορθοληψις
est,

est, cum ad definitum afflumitur indefinitum, ut: *Sed cum de illo labore, tum de multis amplissimis viris.* pro L. Manil.

2. SENTENTIA γνώμη
est dictum breve, quod aut præceptum de moribus, aut dictum de communivitæ cursu continent, ut: *Sincerum est nisi vix, quodcumq; infundis, acescit.* Cernit DEUS omnia vindex. Non partitur jucum fama fidis oculis.

3. NOEMA.

est, cum sententia, non generaliter, sed cum persona de qua igitur conjuncta effertur, ut: *Romulus jam tum immortalitatis virtute parte, ad quam cum sua fata ducebant, sauter.* Liv. I. 1. Item: *Nem luxuriant otio animi.* Item: *Cum divitiae jam auimus facerent. &c.*

8. Figuræ amplificationum ex Definitione sunt tres: 1. Epexegesis interpretatione. 2. Expeditio. 3. Definitio.

1. EPEXEGESIS Interpretatio est cum multa verba sermè Synonyma conjugimus, aut orationem oratione exponi-

ponimus, ut: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tua, ex toto anima tua, ex omnibus viribus, &c.* Luc 10, 27.

2. EXPOLITIO *Eξεργασίας*,
est. cum eandem sententiam commutatis
verbis explicamus, ut. *Beatus vir, qui
non abiit in consilium impiorum, & in via pec-
atorum non sedet, & in cathedra derisorum
non sedet: sed in lege Iēbovā meditatuit die
ac nocte.* Psalm. 1. 1. 2.

3. DEFINITIO
est copiosior rei descriptio: ut: *Gloria est
illūstria ac perrogata multorum ac magnorum
vel in suos cives, vel in patriam, vel in o-
mne genus hominum fama meritorum.* Cic.
pro Marcello.

Hactenus de Elocutione, sequitur.

L I B E R II.

D E A C T I O N E,

C A P U Q I.

I. A C T I O

est, apta Elocutionis enunciatio.

2. Con-

2. Consistit actio in moderatione vocis & gestus.
3. Vocis moderatio: 1. in pronuncian-
di æqualitate: 2. in varietate perficitur,
4. Æquabilitas in paribus sermonis spa-
ciis ac sonis consistit.
5. Varietas in vocis intenotime & remissio-
ne secundum varietatem affectum cōsistit.

C A P V T II.

I. G E S T U S

moderatio 1. totius corporis. 2. præci-
puorum membrorum legitima confor-
matione perficitur.

1. Totius corporis conformatio in con-
venienti naturali accommodatione con-
sistit, ut nihil in gravitate defit, nihil in
gestu supersit.

2. Membrorum moderatio corporis sta-
tui conformari certa ratione debet.

(*De his institutionibus Rhetoriciis pluribus egiv-
imus, verum cum juniorum captiuitate exee-
dant, hic studiosò ea ipsa omittimmo-
us,)*



Dispositio convenienti partim Orationis in genere causarum tractationi perficitur. Exordatio vero Elocutio, Tropus scilicet Figura absolvitur.

C A P U T II.

Partes Orationis Rhetoricae sunt sex.

- | | |
|----------------|-----------------|
| 1. Exordium. | 4. Confirmatio. |
| 2. Narratio. | 5. Confutatio. |
| 3. Propositio. | 6. Peroratio. |

Harum alia est Principalis, alia Minus principalis.

Principales sunt, quae nunquam omitti possunt, Quales sunt: Propositio & Confirmatio.

Minus principales sunt, quae aliquando omitti possunt. Quales sunt: Exordium, Narratio, Cofutatio & Peroratio.

C A P U T III.

Exordium est prima pars Orationis, ad preparandos animos Auditorum comparsata.

Etsi duplex: Rectum sive Apertum, & Obliquum, sive Occultum.

Exordium Rectum, sive Apertum est.
in quo

EPISTOMES
PRÆCEPTO-
RVM ORATORIÆ.

CAPUT I.

O Ratoria est facultas bene, ornatè & copiose dicendi,

Materia Oratoria est Subiecta Quæstio:
Quæstio est, quicquid ad dicendum proponitur.

Est duplex: Infinita & Finita.
Quæstio Infinita est, quæ rem generaliter & Indefinitè sine circumstantiis proponit.
Dicitur alias Thetis, ut: Estne uxor ducenda.

Quæstio Finita est, quæ rem circumstantiis finitam proponit. Græcè dicitur Hypothesis, ut: licetumne Catoni sensi uxorem ducere?

Quæstionis tractatio sit legitima Orationis dispositio & exortatione.

Dispo-

in quo statim & aperte Auditorum animos
præparamus, & rem ipsam de quâ dicturi
sumus citra circummissionem illâ judicamus.

Exordium Occultum sive Obliquum
est, cum ex circummissione aliqua Auditorum
animos subimus.

Narratio est causæ ipsius aut rerum ad
causam pertinentium expositio.

C A P U T IV.

Propositio est Principalis Quæstio, de
quâ agendum est.

Ergo Vel Explicita, vel Implicita.

Explicita est, quæ expressis & apertis
verbis recitatur: ut, strictè agam de hac
Quæstione: *An pestem liceat homini Christiano fugere?*

Implicita est, quæ per totum Orationis
contextum sparsa, nec nisi integra Ora-
tione audita cognosci potest.

Explicita Vel est Simplex. vel Conjuncta.

Simplex est, cum de unica duntaxat re
est quæstio, ut: *An S. Rosarius occiderit Patrem?*

An Deiotarus insidias struxerit Cæsari?

Conjuncta est cum de duabus, vel plu-
ribus

ribus rebus est Quæstio, ut: *An Cælius
animum mutuo sumpserit à Clodia, & an Vene-
num Clodiæ paravit, ne debitum redderes,*

C A P U T V.

C O N F I R M A T I O

est, propositionis per argumenta idonea
probatio.

Confutatio est contrariorum Argumentorum
solutio. (conclusio.)

Peroratio est artificiosa totius Orationis

C A P U T VI.

Genera causarum sunt quatuor:

1. Doctrinale, seu Didascalicum. 2. Demon-
strativum. 3. Deliberativum. 4. judiciale.

Genus Didascalicum est, quod versatur
in dicendo, & methodicè quæstionem ali-
quam explicando.

Genus Demonstrativum est, quod ver-
satur in laudando & vituperando.

Laudantur enim & vituperantur 1. Per-
sonæ, ut: *Commendatio iosephi, Alexandri,
Vituperium Iude Catilinum*, 2. Facta
personarum, ut: *Commendatio facti Davi-
dis proflerentis Goliasbum, Vituperium fa-*
cti

Et Lucretia se ipsam interficiens. 3. Res ut: *Commendatio pietatis, eloquentiae, Scholarum, Regionum, Orbium. Visuperium ebus pietatis, scortationis superbiae.*

Genus deliberativum est, quod versatur in suadendo, adhortando, & dehortando, petendo sive precando, vel deprescando, itemque consolando.

Genus judiciale est, quod in controversiis forensibus versatur.

Classes hujus Generis sunt tres: 1. Conjecturalis. 2. Legitimus. 3. Judicialis.

C A P U T. VII.

Status Conjecturalis est, cum queritur: *An sit, Ut: An Roscius occidit Patrem.*

Status Legitimus est, cum queritur: *Quid sit, sine sacrilegium, aut fursum appellandum, si quis pecuniam propbanam è loco sancto sustulerit?*

Hujus Classis Definitur species sunt quinque: 1. Scripti, Sententiae. 2. Contrariarum Legum. 3. Ambigui. 4. Ratiocinationis. 5. Translationis.

C A P U T. VIII.

Sta-

Status contrariarum Legum est, cum duce vel plures leges, tamen controversiam faciunt, ut: *Christus Matt. 10. Apostolis dicit. Inferam gentium ne abservis: Matt. 18. 19. ait: Ite discete omnes gentes.*

Status scripti, sententiae est, cum ex scripto aliquid ambigu aut absurdum dicitur, de cuius sententia controversitur, ut: *Ioan. 2. dicit Christus Iudeis: Solleste Templum hoc, & in tribus diebus excitable illud. Hoc Iudei interpretabantur, de templo Hierosolimitano. Christus autem dicebat de Templo corporis sui.*

Status ambiguus est, cum dictio aliqua plura significant, controversiam parit, ut: *Tessalat mortens legaverit taurenum Titio: Titius petit Taurenum servum, hexus autem vult dare taurenum animal cornutum, non servum. Hinc oritur status ambiguus in voce taurus.*

Status Raciotionis est, cum res, quae non habet propriam legem, judicatur similitudinem ex Legibus aliis, ut: *Propter similem rationem judicatur Matis iustum esse culcio insuendum, etiam si de eodem pecuniaris Lex non existat.*

Status Translationis est, cum non respondeatur ad rem, sed opponitur quæstio aliqua, seu cum reus litem detractat.

C A P V T I X.

Status Iuridicalis est, qui oritur ex quæstione quale sit factum, jure nec an injuria, ut: *An iudicium jure a Milione occisus est nec non? Eft-*

Etsq; duplex: Absolutus & Affumatius.
Absolutus est, cum simpliciter factum aliquid
a jure defenditur.

Affirmatus est, cum factum quidem fatemur.
Ied assumia re externa defendimus. Sic Eva in
Paradiso fatetur se comedisse de posso vito, sed de-
cepit ac depuifam à serpente.

C A P V T X.

Cæterum Generadicendi, quibus Oratores pro diversitate rei & inclinationis diversitate utilent, tria sunt: Humile, Grande, & Mediocre.

**Humile est, cum locutione Orationis familiari,
ti & facilis in rebus familiaribus utitur. (Hoer-
cili Terent. Cic. in Epist. & Erasmus en colloquio.)**

**Grande est, cum copioso Orationis habitu ac
ornatu in tribus praeviis utitur. Hoc excellit L.
Celsi, quo utitur Cte. in Orationibus Cattinarijs.**

Mediocre est, cum mediocritatem inter Hu-
mili & Grande dicendi Genus
observamus. (Hoc excellit
Oenidius.)

They have often **FINIS.** but she has
been a very handsome lady
and she has been a very handsome lady

c commiserant. 11. aliæ imperant. 12. desperant. 13. aliæ denique affectum
suum alia, ut, *O mulier magna est fides tuæ*
Math. 15. 28 Proh. Deum atque hominum filium! quide*n si non haec contumelia est.* Terentius
And.

Exclamationi subjicitur Epiphonema & Licentia sive παρρησία.

Epiphonema est exclamatio ad rei narratæ & explicatæ finem adhibita: ut:
Tanta molis erat Romanam condere gentem;
Æneid. I.

Παρρησία est exclamatio quæpiam liberor & licentiosior, ut: *Dicam jam confitentius, quoniam audet quedam fretus vestra sapientia liberè confiteri.* Cic. pro Cœl. Sic Baptista dicebat ad Herodem: *Non licet ibi babere uxorem fratris tui.* Marc. 6. 1.

2. EPANORTHOSIS
est, cum antecedens aliquod corrigendo evocatur, & commodius aliud substituitur. *Dicitur Latine Correctio.*

Ejus modi duo sunt: vel enim 1. dictum ut sententia revogatur, ut: *Filium unicum adolescentulum.*

Has

Habeo ab! quid dixi babere me? imd̄ babni
Cbrene.

Nunc habeam nec ne incertum est: Terent.
in Heaut.

Luc. 11. 7. Beatus venter qui te portavit:
Imēbeati qui verbum Dei audierunt & custodi-
uerunt.

Vel 2. integra oratio revocatur. ut: sed
finis sit: neq; enim p̄alachrymis loqui possum:
& hic se lachrymis defendi vetat. pro Milon.

3. APOSIOPESIS

est, cum sententia inchoatae cursus reti-
cendo vel abrupto orationem revoc-
atur. Latinè dicitur Reticentia, ut Psal: 6.
*Anima mea turbata est valde, sed tu Domine
si quequo scilicet differs auxilium. Æne-
id. 1.*

Quos ego: sed motos praeflat componere flu-
bus.

Aposiopesi subiectur Eclipsit, cum vo-
cabula ad sententiam orationis comple-
dam necessaria defluit, ut, ille nihil scilicet
responderet. Plura otiosius, sc. scribam.

4. APO-

EPITOMES
PRÆCEPTORVM
RHETORICÆ
LIBER I.
CAPUT I.

I. RHETORICA est ars benè dicendi. 2. Partes Rhetoricae duas sunt: *Elocutio & Actio.*

CAPUT II.

ELOCUTIO
est orationis exornatio.

Elocutio est Tropus aut Figura.

TROPI

est elocutio, quā verbum (vox) à nativā significacione in aliam immutatur.

In Tropo consideranda: 1. Generales affectiones. 2. Distributio sive Species.

Affectiones Tropi generales tres sunt. 1. Κατάχρεσις, abusio. 2. Υπερβολή, superlatio.

tio. 3. Λληγορία continuatio tropi.

1. Κατάχρησις

est tropus durior & inæqualior: ut: *spira-*
re pro timere. *Aeneid* 4. *Gladius vagina va-*
cus, id est, nudus. Cic. *Orat. pro Mac.*
Fringes buscum, pro germinat,

2. Τιμέροελή

est, quā veritas superatur rei augendæ vel
minuendæ gratiâ.

Species ejus dux sunt: *Aὔξησις* Amplifi-
catio sive exupercatio; & *Μείωσις*, Extenu-
atio;

Aὔξησις

est, quā veritas superatur rei augendæ gra-
tiâ: ut, *Scelus pro scelerato.* *Carcer, pro*
carcere digno. *Pestis, pro pestifero.* *Debac-*
chari, pro, convivari, it clamor cælo. *Voltare*
cupiditate gloria. *Ocyor Enro.* *Tardior Te-*
stitudine.

Μείωσις

extenuatio est, quā veritas superatur rei
minu-

misericordia & extenuatio gratiae; ut, *Fermis pro, bonime.* *Erratum, pro, scelere.* *Stridor, pro, voce.* *Severus, pro, cruaels.*

Ἀληγορία

est tropi ejusdem generis continuati & conjunctio repetitio: ut, *Arbor mala, qua fructus bonos non fert exciditur, & in ignem coniicitur,* Matth. 3. 10.

C A P U T III.

Tropi sunt quatuor:

- BCU Cluj Central University Library Cluj
1. Metonymia,
2. Ironia,
3. Metaphora,
4. Syncedoche.

M E T O N Y M I A

est tropus causæ ad effectum, subjecti ad adjunctum, & contraria. Metonymiæ species sunt quatuor: 1. Metonymia causæ pro effecto. 2. effecti pro causa. 3. subjecti pro adjuncto. 4. adjuncti pro subjecto, quæ vicissim modis suis distinguuntur.

METONYMIA CAUSÆ

Est, cum nomen causæ ponitur, & intel-
ligitur effectum.

Estquè duplex, vel efficientis vel ma-
teriæ.

METONYMIA EFFICIENTIS

est, cum efficiens ponitur pro effecto.

Ejusmodi præcipue duo sunt. 1. Cum
inventor & auctor ponitur pro ipsis rebus
effectis & inventis, ut : *Mars*, pro, *bello* ;
Ceres, pro, *frugibus* ; *Vulcanus*, pro, *igne* ;
Bacchus, pro, *vino*.

2. Cum scriptores ponuntur pro ipsis
libris sive operibus, ut : *Virgilius* pro, *libri isti à Virgilio scripti* ; *Moyses*, pro, *libris à Moyse scriptis* ; *Livius* pro, *historia à Livo scripta*.

C A P U T IV.

METONYMIA MATERIÆ

est, cum materia ponitur pro materiali
(re ex materia confectâ) ut, *as*, pro *ane-*
ti nummis ; *corrigium* ; pro *calceo* ; *ferrum* ,
pro *gladio* .

C A P U T V.

M E T O N Y M I A E F F E C T I

est, cum effectum ponitur pro causa, ut,
spes obscurata dicitur, quia, obscuros efficit,
Expectatio cœca, quia, cœcos expectantes reddit.
Senectus tristis. *Adolescentia leta*, *Mors palida*,
Sol calidus, *Saturnus frigidus*.

C A P U T VI.

M E T O N Y M I A S U B J E C T I

est, cum subjectum ponitur pro adjuncto, ut, *Vrbs*, pro *civibus*, *Mundus* pro *hominibus in mundo habitantibus*.

Modi ejus sunt tres:

Primus est, cum, 1. Continens ponit pro re contenta: ut, *Fœcundicalices*, quem non secare diserunt & *Calices*, id est. *vinum in calibus*. 2. Cum locus ponitur pro re locata. Idquæ *bifariam*. 3. Cum locus pro ipsis incolis usurpatur: ut, *Vrbs*, pro *urbanis civibus*. *Pagus* pro *ruricis*. *Hassia*, pro *incolis Hassis*. 2. Cum locus pro actionibus in loco peractis accipitur, ut: *Curia* pro *actionibus in curia habitis*. *Aca-*

demia & Schola pro dissertationibus & lectionibus in Academia & Schola habitis.

Secundus modus est. cum possest or ponitur pro re possestâ : ut, *Jam proximus ardet Ucagon, id est, domus Ucagonis. Est apud me. id est, domi meæ. Sic homo dicitur devorari, cuius patrimonium devoratur.*

Tertius modus est. cum subiectum occupans ponitur pro adjuncto occupato : ut, *Imperator promisitibus. Sic dico, Imperator Romanus vicit 2000. Turcarum. Alexander vicit Darium. Scipio Carthaginem, id est, exercitus vel ipsorum milites vicerunt.*

BCU Cluj / Central University Library Cluj

C A P U T VII.

M E T O N Y M I A A D J U N C T I
est, cum Adjunctum ponitur pro Subiecto :
ut, *sapientia pro homine sapiente.*

Modi ejus sunt tres :

Primus modus est. cum nomina rerum adjunctarum usurpantur pro personis, quibus adjunctæ sunt. Cum scilicet omnia virtutum & vitiorum ponantur pro hominibus

nibus, qui virtutibus & vitiis praediti sunt
ut, *Justitia* pro homine justo: *Temperantia*,
pro temperante: *Cruelitas*, *pro crudeli*: *Ava-
ritia*, *pro avaro*.

Secundus modus est, cum signum ponit
tur pro re signata: ut *Scepterum Cæsarii* pro
Cæsarea Majestate. *Toga* pro *pace*. *Arma*
pro *bello*. *Fubes* pro *juventute*. *Martial*.
Purpura te felix, te colit omnis bonos, id est
magnificatus.

Tertius modus est, cum tempus ponitur
pro rebus temporis subjectis, ut *Pessimus*
seculum, pro *dominibus* *pessimis* in *seculo vi-
ventibus*. *O tempora, o mores, pro iis qui in
tempore vivunt, & viciosis moribus praediti
sunt.*

C A P U T VIII.

I R O N I A

est tropus a contrario ad contrarium.

Ironia alia oritur ex contrariis affirmantibus, Relatis scilicet & Adversis: alia ex negantibus; Contradicentibus scilicet Privantibus.

I R O N I A Ex RELATIS est, cùm
relatum ponitur pro correlato, ut: cùm
dicuntur Pater, pro filio. Servus pro Domino.
Obsequi pro imperare. Dare, pro accipere.

I R O N I A Ex ADVERSIS est, cùm
adversum ponitur pro adverso, ut: si
summatur bonus pro malo, benè vel male,
pro male vel prebè. Virtus, pro virtute. Ade-
lescentia, pro vetula. Albus pro nigro.
Heus bone vir curas! pro probè!

I R O N I A Ex CONTRADICENTI-
BUS est, cùm contradicens ponitur pro
contradicente, ut: si ponamus. Non dico,
pro dico. Non agam, pro maxime agam.

Huc pertinet $\alpha\pi\circ\Phi\alpha\sigma\varsigma$ Negatio cuius-
formulæ: non dicam, non agam, illis contra-
se non utar CFC.

I R O N I A Ex PRIVANTIBUS est,
cùm privatio ponitur pro habitu & con-
tra, ut: si videns ponatur, pro cæco; cæcus,
pro scelato. Pauper, pro dives. Dives, pro
paupere.

Huc pertinet $\omega\alpha\rho\lambda\epsilon\psi\varsigma$ sive preterito,
cuius

cu, u, formulæ: Prætereo, mitto, raseo, fileo,
relinquo. non memorabo & repetam illa: nihil
quaras de illis &c.

C A P U T IX.

M E T A P H O R A

est quando ex simili significatur simile. ut,
*Incendi gloriae cupiditate. Ardere ira. Gu-
nire. Latrare. Flumen ingenii. Omnia nunc
tident, nunc formosissimus annus.*

C A P U T X.

S Y N E C D O C H E

est, cum pars ponitur pro toto, vel totum
pro parte, ut. *Mania pro urbe Geffa. Lanus
pro parte Lani.*

Estque vel Partis, vel Totius.

S Y N E C D O C H E P A R T I S

est, cum pars ponitur pro toto, ut, *Ani-
ma, pro homine.*

Synecdoche partis est vel Membri, vel
Species.

S Y N E C D O C H E M E M B R I

est, cum membrum ponitur pro integrō;
ut,

ut. *Tectum* sive *parietes* pro *dome*; *Micro*, pro
gladio; *Puppis* sive *prara*, pro *nave*.

C A P U T XI.

S Y N E C D O C H E S P E C I E I
est, cum species ponitur pro genere, ut.
Parricida, pro *quovis homicida*. *Paris*, pro
quovis adultero. *Argo navis*, pro *qualsibet*
nave.

Modi ejus sunt Duo. Primus est, cum
numerus in specie magnus ponitur pro
magnis in genere: ut, Psal. 91. *Cadent à la-
tere tuo misere, & decem millia à dextera tuis.*
Plus millies bæc à te andivi: Terent. in Eu-
nuch.

Secundus modus est, cum singularis
numeris ponitur pro plurali, ut, *Romanus*
pro *Romanis*. *Germanus*, pro *Germanis*.

Huc pertinet i. cum persona secunda
singularis, pro plurali prima ponitur, ut,
Contra hostes armis opus est, quibus tecum esse
possis, id est, vel, quilibet possit.

a. Cum nomen proprium ponitur pro
communi, ut, *Venus*, pro *qualsibet formosa vir-
gine*.

gine. Cato pro Sapiente. Euclio, pro avara
Crasius, pro divite. Codrus sive Irus, pro pa-
pere. Stenior pro clamoforo.

C A P U T XII.

SYNECDOCHE TOTIUS
est, cum totum ponitur pro parte, ut,
Rhenus, pro parte *Rheni*. *Orbis*, pro par-
te *orbis*.

Estque vel Integri vel Generis.

SYNECDOCHE INTEGRIS
est, cum Integrum ponitur pro membro,
ut. *Totus orbis ardet bello; id est, maxima pars*
orbis.

C A P U T XIII.

SYNECDOCHE GENERIS
est, cum genus ponitur pro specie, ut, *Vir-
tus*, pro fortitudine. *Urbs* pro *Gessa*. *Animal*,
pro *bestia*. *Homo*, pro *Cattina*.

Modi ejus Duo sunt. Primus est, cum
nomen commune pro proprio $\chi\tau\eta\lambda\kappa\mu\pi$
per excellentiam, ponitur, ut. *Salvator*,
pro *Christo*. *Apostolus*, pro *Pante*. *Prophe-*

14, pro Esata Osator pro Cicerone.

Secundus modus est, cum numerus plus
galis ponitur pro singulari: ut, *Nos Dei
gratia Ludovicus Hassia Landgravius, &c.* id
est, *Ego.*

C A P U T XIV.

F I G U R A

est elocutio, quia orationis habitus à
recta & simplici consuetudine mutatur.
Dicitur Græcè σχῆμα.

Figura est vel Dictionis vel Sententiae.

Figura Dictionis est, quia elocutio fi-
guratur dictionibus aptè & jucundè inter
se resonantibus.

Figure dictionis sunt DECIM:

- | | |
|-----------------|-----------------|
| 1. Epizeuxis. | 6. Symploce. |
| 2. Anodiplosis. | 7. Epanalepsis. |
| 3. Clinax. | 8. Epanodos. |
| 4. Anaphora. | 9. Paranomasia. |
| 5. Epistrophe. | 10. Polyptoton. |

1. E P I Z E U X I S

est, cum idem sonus continuè iteratur in
eadem sententia. Latine dicitur Geminatio;

Modi

Modi ejus potissimum 4 sunt: 1. etiam aliquando repetitur sonus idem: ut: obfessam, oppugnatam, labefactatam, penè captam.

2. Aliquando repetitur syllaba eadem, ut, Flentes, plorantes, lacrimantes, abiit, excessit, evasit, erupit.

3. Aliquando repetitur dictio eadem, ut: ô Mysis, Mysis! Ah Corydon, Corydon!

4. Aliquando parenthesis interjectur: ut: Totum hoc, quantumcumq; est (quod certè maximum est) totum est, inquam tuum,

2. ANADIPLOSIS.

est. cum similis sonus repetitur in fine præcedentis, & initio sequentis sententiae Latine dicitur Reduplicatio: ut: Psalm. 144.
18. Propè est Dominus omnibus invocantibus eum: omnibus invocantibus eum in veritate.

Pierides, vos hæc facietis maxima Gallo-Gallo, cuius amor tantum mihi crescere horas.

3. CLIMAX

est, Anadiplosis cōpluribus gradibus con-

tinu-

tinuata. Dicitur latine Gradatio: ut Rom. 8. 29. Quos Deus praeservavit, eos & praedestinavit: Quos praedestinavit, eos & vocavit: Quos vocavit, eos & justificavit: Quos autem justificavit, eos & glorificavit.

4. ANAPHORA

est, cum sonus idem iteratur in principiis sententiarum, Latine dicitur Relatio.

Eiusmodi sunt Duo: vel enim i. idem, sonus tantum, iteratur: ut. Tamen ne vexari Republ. contemni Majestatem populi Romani deludi vosmetipos dimitte à tribuno plebis patiemini?

BCU Cluj / Central University Library Cluj

Vel 2. vox eadem iteratur: ut Psal 117. 8. Melius est confidere in Domino, quam confidere in homine. Melius est confidere in Iehovah quam in principibus.

Item ¶. 15. 16. Dextra Iehovæ facit fortitudinem. Dextra Iehovæ excelsa. Dextra Iehovæ facit fortia.

Anaphoræ subjicitur Polysindeton & Asindeton.

Polyindeton est ejusdem conjunctionis iteratio sive repetitio, ut: somnus & vi-

num, & epulae & scortas & balnea corpora atque animos debilitant. Livius lib. 8. Dec. 3.

Aſindeton est conjunctionis copulativa intermissio, ut, adſui, vidi, notavi, memini. Item, Abiit, exceſſit, erupit, Catil. 1.

s. EPISTROPHE

est, cum ſimilis ſonus in clauſulis iteratur; Latine dicitur converſio.

Eiusmodi ſunt duo. Vel enim 1. idem ſonus tantum in clauſulis iteratur, ut, Eccleſia oppugnatur, ſed non expugnatur; premitur non opprimitur. Cic pro Milō. Etib[us] jūdices non ſcripta, ſed nata lex: quamvis didicimus, accepimus, legimus: verum ex ip/a naſtra arripuimus, hauiſimus, expellimus: ad quam non docti ſed facti, non iſtituti ſed imbuti ſumus.

Vel 2. vox eadem in clauſulis iteratur, ut Psalm. 136. Conſitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum misericordia ejus. Conſitemini DEO Deorum, quoniam in ſeculum misericordia ejus.

Conſitemini Domino Dominorum, quo-
niam

niam in seculum misericordia ejus.

Epistrophe *subjicitur*. 1. Ἰσόκωλα,
2. Αὐτίθιτα. 3. ὁμοιόποτοι. 4. ὁμοιό-
λευτοι.

Iscola sunt duo vel plura orationis
membra, quæ ferè parillyabaturum nume-
ro constant, ut: *Exirema byeme apparuit:*
inuenie vere sulcepit: media aestate confecit.
Cicer. in Pompei. Idem pro Sylla.
Permitto aliquid iracundizatuz: do adole-
scientiaz, cedo amicitiaz.

Antitheta sunt duo vel plura orationis
membra diversa sive opposita, ut: *Ad*
quam legem non doctis sed fleti, non institu-
ti sed imbuti sumus, Pro Marcell.

Homœoptoton est, cum simili sono ca-
suum dictiones & sententiaz desinunt, ut:
Annis mille jam per aetis nulla fides est in
paetis. Mel in ore, sel in corde, verba la-
etis, nū in factis. Fera testitiae rata cī ho-
ra, & brevis mora.

Homœoleuton est, cum quæcunque
voces & verba simili sono in clausulis desi-
nunt: ut: *Quod lex operum minando im-*
perat:

perat: hoc lex fides credendo impetrat,
August. de Sp. & lit. cap. 12. Turpiter au-
des facere, nequiter audes dicere.

6. SYMPL O C E

est, cum idem sonus in principiis & clau-
sulis saepius iteratur. Dicitur. Latine com-
plexio.

Modi ejus tres. Vel enim 1. Idem so-
nus in clausulis iteratur, ut: Spem impre-
bis ostendisti: timorem bonis injecisti:
fidem de foro, dignitatem de repub. susti-
listis, Cic. Agrar.

Vel 2. vox eadem iteratur, ut: Qui se-
minat parcè, parcè etiam metet. Qui semi-
nat copiosè, copiosè etiam metet. 2. Cor 9.
Quis eos postulavit? Appius Quis eos pro-
duxit? Appius: Pro Milon

Vel 3. Periodus eadem iteratur: ut:
Dan. 3, 58 Benedicite Angelī Domini Do-
mino. Laudate & exaltate eum in secula,
59. Benedicite cæli Domino: Laudate &
exaltate eum in secula. 60. Benedicite
aqua super caelos posita Domino: laudate &
exaltate eum in secula, &c.

Epitome preceptorum

7. EPANALEPSIS

est, cum idem sonus in initio & fine repetitur. *Latinè dicuntur Resumptio.*

Modi ejus duo sunt: vel enim 1. idem sonus repetitur, ut, saluti eorum potius consulam, quam voluntati. *Verr. 4:*

Vel 2. eadem vox repetitur: *Aeneid. 1.* Multa super Priamo rogans, super Hectore multa.

8. EPANODOS

est, cum idem sonus in principio & in medio, vel in medio & fine iteratur. *Dicitur Latinè Regressio.*

Eius modi duo sunt: vel enim 1. idem sonus iteratur: ut, *Habuit hōmō tem̄ ut preditori, non ut amico fidem.*

Vel 2. eadem vox iteratur: ut 2. *Cor. 2. 15. 16.* *Christi bonus odor sumus D E O in iis, qui salvantur. & in iis qui pereunt. His quidem odor mortis ad mortem: illis vero odor vitae ad vitam.*

9. PARONOMASIA

est, cum dictiones significationibus diverse, syllabā tamen aliquā inter se conveniant,

uit. *Dicitur Latinè Agnominatio*, ut, omni amans amens. *Omnis honor onus*. Si non babes es, miser es, & pinguis non es. Non in aula natus es, sed in cœla.

Paronomasie subjiciuntur **Antanaclasis** & **Ploce** sive **copulatio**.

Antanaclasis est, cum idem verbum non sibi mutatur, aut mutata significacione repetitur, ut, *Jucundum est amari, si curerit, ne quid insit amari*. *Veniam, si impetravero veniam*.

Ploce est, cum idem verbum bis positum prius personam, posterius mores aut qualitatem personæ convenientem significat, ut Rom. 9. *Non omnes qui sunt ex Israel sunt Irael. (fides Israelis confortans) Jesus vero est Iesus (Salvator.) Germani sunt Germani sacerdos, candidi γενήστοι, fratres q. ex eodem genine oris) Ludovicus Hassiae Landgravius est vero Ludovicus, (id est, humanus, comis, Leutwieg)*

10. POLYPTOTON

est, cum voces ejusdem originis variis casibus inter se consonant. *Latinè dicitur casum*

A. A.

um varietas, ut, omnes infirmi sumus, sed in-
firmior, qui suam infirmitatem nescit. Grega
Littora littoribus contraria fluctibus undas.
Imprecor arma armis. Aeneid 4.

FIGURA SENTENTIÆ

est, quæ totam sententiam aliquo animi
motu afficit.

Figuræ sententiaz sunt decem:

- | | |
|------------------|------------------|
| 1. Exclamatio. | 6. Addubitatio. |
| 2. Epanorthosis. | 7. Communicatio, |
| 3. Aposiopesis. | 8. Occupatio. |
| 4. Apostrophe. | 9. Permissio. |
| 5. Prosfopopœia. | 10. Concessio. |

1. EXCLAMATIO

est figura sententiaz per adverbium exclama-
mandi expressum vel intellectum.

Notæ exclamationis sunt, *ò*, *utinam*, *proò*,
ab, *hen*, *ebeu*, *ac*, *at at*, *vr*, *en*, *ecce*, *euge*,
& particulæ similes: quarum aliæ sunt admirantis, 2. aliæ optantis, 3. aliæ laudan-
tis, 4. aliæ obtestantis, 5. aliæ ominantis,
6. aliæ indignantis 7. aliæ objurgantis,
8. aliæ irritantis, 9. dolentis 10. a-
liæ